

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuicium n  
cum uariis

Antitanes cuidam dicenti sibi maledixit tibi. Ille respondit: non michi, inquit, sed illi qui in se quod ille culpat agnoscit. Sed etsi michi maledicere curet, non curo quia auditus lingua debet esse robustior cum singulis hominibus lingue sunt singule sed aures bine. Aliquatenus tamen curo quia eo ipso me fateor esse superiorem, quia superioris persone usus est hec pati, inferioris facere. Gauderem itaque nisi urgente humanitate homini compaterer infelici.

Seneca ibidem et Valerius Maximus libro VII.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Conuicium n] Conuicium o P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; culpat] cupat (*cor. supra lin.*) B; sunt] sint P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; hec] hoc P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>